

brachia circumcidunt, sinistram manum sagittis traiciunt. Lucianus quoque de suis Syris (fuit enim ipse Syrus) ita ait l. de Dea Syria: *Certis notis compunguntur omnes, alii quidem in volâ manâs, alii in cervice: et inde est quod cuncti Assyrii notus inustus habent.* Idem libro de Lucta meminit dilanationis comæ, et cruentationis genarum in luctu. Sic et Virgil. 4. Æneid. loquens de Annâ Didonis mortem deplorante:

Unguis ora soror fedans et pectora pugnis.

Et Ovidius l. 5 Trist. eleg. 5:

Parce tamen lacerare genas, nec scinde capillos:

Non tibi nunc primum, lux mea, raptus ero.

Et Servius in 5. Æneid. sic ait: *Varro dicit mulieres in exequiis et luctu idè solitas ora lacerare, ut sanguine ostenso inferis satisfaciunt.* Quocirca id vetitum fuit leg. 12 tabul. ubi teste Cicerone l. 2 de Legibus, hæc erat sanctio: *Mulieres genas ne radunt.* Insuper capillos in luctu solvisse et lanâsse, docet Ovid. l. 6 Metamorph. fabulâ 7 de Philomelâ:

Mox ubi mens rediit, passos lanata capillos:

Et Tibull. l. 1, eleg. 1:

Tu manes ne lede meos, seta parce solutis

Crinibus, et teneris, Delia, parce genis.

Clarè verò Cicero Tuscul. 5. Ex hæc, ait, *opinionis sunt illa varia, et detestabilia genera lugendi, pedores mulieribus, lacerationes genarum: pectoris, capitis percussiones.* Hinc ille Agamemnon Homericus, et idem Accianus, scindens dolores identidem intonsam comam. In quo factum illud Bionis: *Perinde stultissimum regem in luctu capillum sibi exellere, quasi calcitro mæror levaretur, cum potius vulsionis dolore augeatur.* Audi et Plutarchum in Consolatoriâ ad Apollonium: *Barbarorum, inquit, nonnulli corporis partes abscondunt, naves scilicet et aures, reliquum quoque corpus placentes.*

VERB. 50. — SABBATA MEA CUSTODITE. Sabbatum hic quodlibet festum significat, per synecdochen: erat enim sabbatum omnium festorum maximum.

ET SANCTUARIUM MEUM METUITE, q. d.: Tabernaculum et templum meum reverentini, tum ne immundi irreverenter eò accedatis, tum ne curiosè illud scrutemini, neve ulterius illud ingrediamini quàm à me prescriptum est: non enim poterant laici ingredi Sanctum, imò ne atrium sacerdotum. Est hæc alia lex à præcedenti de sabbatis.

VERB. 51. — NON DECLINETIS AD MAGOS. Hebraicè *ad pythones*, qui dæmonem habent familiarem, maximè ventriiloquum. Hi enim vocantur *obot*, ab *ob*, id est, utre, eò quòd ex eorum ventre, quasi ex utro voce confusâ loqueretur dæmon: quos Græci vocant *εραπειστές*, id est, ex intestinis vaticinantes, inquit Theodor. quest. 29; unde et Septuag. hic et alibi eos vocant *εραπειστές*, id est, ventriiloquos.

NEC AB ARIOLIS ALIQUID SCISCITEMINI. Ariolis propriè vocantur, qui ex victimis immolatis divinant. Ars hæc primò inventa est à quodam qui Teges vocatus, quem ferunt inter arandum de terrâ prostrasse, teste Luciano l. 4 de Bello civili, et Boccaccio l. 1 de Genealogiis. Itaque rei etiam meminit Jus Canonicum 24,

q. 5, c. Episcopi. Pro ariolis. hebr. est *istodim*, id est, divinis.

VERB. 52. — HONORA PERSONAM SENIS, ET TIME DOMINUM, q. d.: Si senes non times, time saltem Deum, et propter timorem Domini senes honora: jubet enim hic Deus eos honorari. Idque primò, quia juvenes gerere se debent cum senioribus, tanquam discipuli cum magistris: at magistrorum est sedere, discipulorum eis astare et auscultare. Unde Theodosius imper. jusit filios suos astare coram Arsenio, magistro suo. Secundo, quia, ut ait Aristoteles lib. 9 Ethic. 2: *Omni seniori honor pro ætate reddendus est, assurgendo, et sessione cedendo, etc.* Idem docet Plato dialog. 9 de Legibus; et Cicero l. 1 Offic. : *Est, inquit, adolescentis majores natu vereri.* Tertio, quia in senibus præter excellentiam ætatis, est excellentia experientia et prudentia, ex ætate longiore. Hinc senes olim regerant remp. et à senibus nomen accepit senatus, perinde ac *ἀνά τῶν γέροντων* apud Spartanos *γεροντία* qui erat magistratus regi assidens. Unde S. Thomas ait senectutem esse signum virtutis, idèoque honorandam, licet quandoque virtus deficiat. Hinc Chald. pro eo quod nos habemus, *coram cano capite consurgere; vertit, coram eo qui doctus est in lege consurgere.* Quarto, quia omnes penè nationes instinctu nature senes honorarunt. Spartani, teste Plutarcho, in theatro venientibus senibus consurgebant omnes, et eos sessum recipiebant. Romani adolescentes in curiam deducebant seniores, extra curiam eos prestolabantur, ut domum reducerent. Audi Juvenal. sat. 13:

Credebant hoc grande nefas et morte piandum,

Si juvenis vetulo non assurrexerat.

Hispanis hæc vox *senior*, nonnihil detorta in *Senor*, et Italis in *signore*, significat dominum. De Essenis ait Philo: *Reverentia erga seniores et cura talis est, qualis esse potest germanorum liberorum erga parentes.* Quinto, quia senes sunt instar parentum, Deumque parentem omnium representant. Unde Teleclus rogatus, quare Spartani juniores senioribus assurgerent, respondit: *Eò id fieri, ut assueti hoc honoris deferre alienis, tantò magis venerentur parentes.* Testis est Plutarch. in Lacon. Sexto, quia, ut ait S. Basilius l. de Abdic. rerum, *si honores senes, ob istam animi tui submissionem, gloriâ te officit Deus: atque, ut ait Isechius hic, faciet eum senueris, ut eadem reverentia tibi à junioribus rependatur: si negligas senes, penâ talionis te senem puniet, ut à junioribus quasi delirus contemnaris.*

VERB. 53. — SI HABITAVERIT ADVENA, puta incircumciscus proselytus, de quo c. sequenti v. 2.

VERB. 55. — NOLITE FACERE INQUAM ALIQUID IN JUDICIO, IN REGULA, quâ scilicet aliquid mensuratis, qualis est ulna, q. d.: Justâ mensurâ utimini in mensurando.

VERB. 56. — ÆQUA SINT PONDERA. Hebr. *æqui sint lapides*, olim enim lapidibus utebantur pro ponderibus: unde Prov. 16, 41, hæc pondera vocantur *lapides sacculi*, non seculi, uti quidam perperam legunt. JUSTUS MODIUS. Hebr. *justum sit epha*. Epha conti-

nelt tres modios; verum noster interpres pro *epha*, usitatum et commune apud Græcos et Latinos mensuræ nomen, puta *modium*, substituit: pari modo pro, *æquisque sextarius*, scilicet sit, hebr. est, *æquam sit hin*. Hin autem Judæorum erat mensura continens 12 sextarios. Verum quia apud nos non est mensura una, quæ illi Hebræorum respondeat, hinc apposuit interpres pro *hin* suppositus sextarium. Hæc enim mensura nobis est notissima; tantum enim vult dicere et præcipere hic Deus, ut justâ mensurâ utantur Hebræi tam in

CAPUT XX.

1. Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens:
2. Hæc loqueris filiis Israel: Homo de filiis Israel, et de advenis qui habitant in Israel, si quis dederit de semine suo idolo Moloch, morte moriatur: populus terre lapidabit eum.
3. Et ego ponam faciem meam contra illum; succidamque eum de medio populi sui, eò quòd dederit de semine suo Moloch, et contaminaverit sanctuarium meum, ac polluerit nomen sanctum meum.
4. Quòd si negligens populus terre, et quasi parvipendens imperium meum, dimiserit hominem qui dedit de semine suo Moloch, nec voluerit eum occidere;
5. Ponam faciem meam super hominem illum, et super cognationem ejus, succidamque et ipsum, et omnes qui consenserunt et ut fornicaretur cum Moloch, de medio populi sui.
6. Anima, quæ declinaverit ad magos et ariolos, et fornicata fuerit cum eis, ponam faciem meam contra eam, et interficiam illam de medio populi sui.
7. Sanctificamini et estote sancti, quia ego sum Dominus Deus vester.
8. Custodite precepta mea, et facite ea. Ego Dominus qui sanctifico vos.
9. Qui maledixerit patri suo, aut matri, morte moriatur: patri, matrique maledixit, sanguis ejus sit super eum.
10. Si mechatus quis fuerit cum uxore alterius, et adulterium perpetraverit cum conjuge proximi sui, morte moriatur et mechus et adultera.
11. Qui dormierit cum novercâ suâ, et revelaverit ignominiam patris sui, morte moriantur ambo: sanguis eorum sit super eos.
12. Si quis dormierit cum nuru suâ, uterque moriatur, quia scelus operati sunt: sanguis eorum sit super eos.
13. Qui dormierit cum masculo, coitu femineo, uterque operatus est nefas, moriantur: sit sanguis eorum super eos.
14. Qui supra uxorem filiam, duxerit matrem ejus, scelus operatus est: vivus ardebit cum eis, nec permanebit tantum nefas in medio vestri.
15. Qui cum jumento et pecore coierit, morte moriatur: pecus quoque occidat.
16. Mulier, quæ succubuerit cuilibet jumento, simul interficietur cum eo: sanguis eorum sit super eos.

liquidis, quàm in aridis; sicut enim hin et sextarius liquidorum, ita et epha et modius aridorum erat mensura.

Scribunt Hebræi eum qui injustis utitur mensuris et ponderibus, quoque scelorum et malorum causam esse: primò, polluit terram; secundo, violat, sive profanat nomen Dei; tertio, facit recedere majestatem, gloriam et præsentiam divinitatis; quarto, in gladium cadere facit Israel; quinto, efficit ut in exilium ejiciatur ex terrâ ipsorum.

CHAPITRE XX.

1. Le Seigneur parla encore à Moïse et lui dit:
2. Vous direz ceci aux enfants d'Israël: Si un homme d'entre les enfants d'Israël, ou des étrangers qui demeurent dans Israël, donne de ses enfants à l'idole de Moloch, qu'il soit puni de mort, si son crime est public, et que le peuple du pays le lapide, pour marquer l'horreur qu'il a de son crime.
3. Mais si son crime est caché, j'arrêterai l'œil de ma colère sur cet homme, et je le retrancherai du milieu de son peuple, parce qu'il a donné de sa race à Moloch, qu'il a profané mon sanctuaire, et qu'il a souillé mon nom saint, en lui présentant une abominable idole.
4. Que si le peuple du pays, faisant paraître de la négligence et comme du mépris pour mon commandement, laisse aller cet homme qui sera donné de ses enfants à Moloch, et ne veut pas le tuer;
5. J'arrêterai l'œil de ma colère sur cet homme et sur sa famille, et je le retrancherai du milieu de son peuple, lui et tous ceux qui ont consenti à la fornication et à l'idolâtrie, par laquelle il s'est prostitué à Moloch.
6. Si un homme se détourne de moi pour aller chercher les magiciens et les devins, et s'abandonne à eux par une espèce de fornication, j'attirerai sur lui l'œil de ma colère, et je l'exterminerai du milieu de son peuple.
7. Sanctifiez-vous, et soyez saints, parce que je suis le Seigneur votre Dieu.
8. Gardez mes préceptes et exécutez-les. Je suis le Seigneur qui vous sanctifie.
9. Que celui qui aura outragé de paroles son père ou sa mère, soit puni de mort; son sang tombera sur lui, parce qu'il a outragé son père ou sa mère.
10. Si quelqu'un abuse de la femme d'un autre, et commet un adultère avec la femme de son prochain, que l'homme adultère et la femme adultère meurent tous deux.
11. Si un homme abuse de sa belle-mère et viole à son égard le respect qu'il aurait dû porter à son père, qu'ils soient tous deux punis de mort; leur sang retombera sur eux. Ils se sont rendus dignes de ce châtiement.
12. Si quelqu'un abuse de sa belle-fille, qu'ils meurent tous deux, parce qu'ils ont commis un grand crime; leur sang retombera sur eux.
13. Si quelqu'un abuse d'un homme comme si c'était une femme, qu'ils soient punis de mort comme ayant commis un crime exécration; leur sang retombera sur eux.
14. Celui qui, après avoir épousé la fille, épouse encore la mère, commet un crime énorme; il sera brûlé tout vivant avec elles; et une action si détestable ne demeurera pas impunie au milieu de vous.
15. Celui qui se sera corrompu avec une bête, quelle qu'elle soit, sera puni de mort; et avec force aussi mourir la bête, pour effacer autant qu'il est possible le souvenir de ce crime horrible.
16. La femme qui se sera corrompue avec une bête, quelle qu'elle soit, sera punie de mort avec la bête, et leur sang retombera sur elles.

17. Qui acceperit sororem suam, filiam patris sui, vel filiam matris suae: et viderit turpitudinem ejus, illaque conspexerit fratris ignominiam, nefariam rem operati sunt: occidentur in conspectu populi sui, eò quod turpitudinem suam mutuo revelaverint, et portabant iniquitatem suam.

18. Qui coierit cum muliere in fluxu menstruo, et revelaverit turpitudinem ejus, ipsaque aperuerit fontem sanguinis sui, interficiuntur ambo de medio populi sui.

19. Turpitudinem materetæ et amite tuae non discoperies: qui hoc fecerit, ignominiam carnis suae nudavit, portabat ambo iniquitatem suam.

20. Qui coierit cum uxore patris, vel avunculi sui, et revelaverit ignominiam cognationis suae, portabat ambo peccatum suum: absque liberis morientur.

21. Qui duxerit uxorem fratris sui, rem facit illicitam, turpitudinem fratris sui revelavit: absque liberis erunt.

22. Custodite leges meas, atque judicia, et facite ea: ne et vos evomat terra quam intraturi estis et habitaturi.

23. Nolite ambulare in legitimis nationum, quas ego expulsiurus sum ante vos. Omnia enim hæc fecerunt, et abominatus sum eas.

24. Vobis autem loquor: Possidete terram eorum, quam dabo vobis in hereditatem, terram fluentem lacte et melle. Ego Dominus Deus vester, qui separavi vos à cæteris populis.

25. Separate ergo et vos jumentam mundum ab immundo, et avem mundam ab immunda: ne pollutatis animas vestras in pecore et avibus, et cunctis quae moventur in terrâ, et quæ vobis ostendi esse polluta.

26. Eritis mihi sancti, quia sanctus sum ego Dominus, et separavi vos à cæteris populis, ut essetis mei.

27. Vir, sive mulier, in quibus pythonicus, vel divinationis fuerit spiritus, morte moriantur: lapidibus obruant eos; sanguis eorum sit super illos.

COMMENTARIUM.

VERS. 2. — HOMO DE FILIIS ISRAEL ET DE ADVENIS, puta de gentilibus conversis ad Judæismum, et circumcisus: hi enim per circumcisionem transierant in legem et Ecclesiam Judæorum, ac consequenter omni- bus præceptis cæremonialibus et judicialibus Judæorum obligabantur. Ita Abuleus.

POPULUS TERRÆ (PLEBS) LAPIDABIT EUM.

VERS. 3. — SucciDAMQUE EEM DE MEDIO POPULI SUI. Si videlicet iudices eum plectere et lapidare neglexerint (ut sequitur), tunc ego quasi rigil ultor casuali morte eum plectam et succidam. Vide dicta c. 17, v. 10.

47. Si un homme s'approche de sa sœur, qui est fille de son père, ou fille de sa mère; et s'il voit en elle, ou si elle voit en lui ce que la pudeur veut qui soit caché, ils ont commis un crime énorme; et ils seront tués devant le peuple, parce qu'ils ont découvert l'un et l'autre ce qui aurait dû les faire rougir, et ils porteront la peine due à leur iniquité.

48. Si un homme s'approche d'une femme dans le temps qu'elle souffre l'accident ordinaire à son sexe, et qu'il découvre en elle ce que l'honnêteté aurait dû cacher; et si la femme elle-même se fait voir en cet état, ils seront tous deux exterminés du milieu de leur peuple, si la chose devient publique; et si elle est secrète, ils offriront le sacrifice que j'ai ordonné.

19. Vous ne découvrirez point ce qui doit être caché dans votre tante maternelle, ou dans votre tante paternelle: celui qui le fait découvrir la honte de sa propre chair, et ils porteront tous deux la peine de leur iniquité.

20. Si un homme approche de la femme de son oncle paternel ou maternel, et découvre en elle ce qu'il aurait dû cacher par le respect qu'il doit à ses proches, ils porteront tous deux la peine de leur péché, et ils mourront sans qu'on leur donne le temps d'avoir des enfants, et sans qu'on permette que ceux qu'ils auraient eu de ces alliances incestueuses, soient regardés comme légitimes.

21. Si un homme épouse la femme de son frère, lorsque'il est encore vivant, il fait une chose que Dieu défend; il découvre ce qu'il devait cacher pour l'honneur de son frère; et ils n'auront point d'enfants de ces alliances que Dieu ne bénira point.

22. Gardez mes lois et mes ordonnances, et exécutez-les, de peur que la terre dans laquelle vous devez entrer et où vous devez demeurer, ne vous rejette aussi avec horreur hors de son sein, comme elle en rejettera ceux qui l'habitent maintenant.

23. Ne vous conduisez point selon les lois et les coutumes des nations que je dois chasser de la terre où je veux vous établir. Car elles ont fait toutes ces choses, et je les ai eues en abomination.

24. Mais pour vous, voici ce que je vous dis: Possédez la terre de ces peuples, que je vous donnerai en héritage: vivez saintement dans cette terre où coulent des ruisseaux de lait et de miel. Je suis le Seigneur votre Dieu qui vous ai séparés de tout le reste des peuples.

25. Séparez donc aussi, vous autres, les bêtes pures d'avec les impures, les oiseaux purs d'avec les impurs; ne souillez point vos âmes en mangeant des bêtes ou des oiseaux, et de ce qui a mouvement et vie sur la terre, que je vous ai marqué comme impur.

26. Vous serez mon peuple saint, parce que je suis saint, moi qui suis le Seigneur, et que je vous ai séparés de tous les autres peuples, afin que vous fussiez particulièrement à moi.

27. Si un homme ou une femme a un esprit de Python, ou un esprit de divination, qu'ils soient punis de mort: ils seront lapidés, et leur sang retombera sur leurs têtes.

EO QUOD DEDERIT DE SEMINE SVO MOLOCH, ET CONTAMINAVERIT SANCTUARIUM MEUM (talis cum tabernaculo et templum meum habuit ut contaminatum, illudque vilipendit, et gravem injuriam et ignominiam illi introgavit, dum ab eo ejusque cultu ad Moloch et Topheth se converterit) AC POLLUERIT SANCTUM NOMEN MEUM, nomen Dei dando ipsi idolo Moloch. Quantum peccatum sit profanare nomen Dei, docent Hebræi hisce duobus axiomatibus, primum: *Quicumque violat nomen Dei in occulto, de illo pena sumetur in propatulo; secundum: Alia peccata, eorumque punitio suspiciuntur per penitentiam, et diem expiationis: in quocumque*

que verò inventa fuerit violatio nominis divini, penitentia, dies expiationis et castigationis suspendant, mors verò expungat.

VERS. 4. — QUOD SI NEGLIGENS POPULUS TERRÆ. Repetit, explicat et inculcat id quod dixit v. præced. q. d.: Quod dixi, succidam eum, intellige, si populus eum punire neglexerit; tunc enim ego id non negligam, sed succidam eum. Ita Vatabl.

VERS. 6. — ANIMA (HOMO) QUÆ DECLINAVIT AD MAGOS ET ARIOLOS. Hebr. ad Pythones et divinos. Vide dicta c. 19, 31.

ET FORNICATA FUERIT CUM EIS, eis adhaeserit et per consequens demoni, me vero Deo, et animæ sponso relicto.

VERS. 8. — EGO DOMINUS QUI SANCTIFICO VOS, qui jubeo et volo vos esse sanctos: ponitur enim hic verbum reale pro essentia, juxta can. 11.

VERS. 9. — QUI MALEDIXERIT PATRI, SANGUIS EJUS SIT SUPER EUM. Sanguis, id est, reatus et poena sanguinis, hoc est, mortis quam meruit, q. d.: Sua culpa perat, et morte puniatur per judicis sententiam.

VERS. 10. — MORTE MORIANTUR ET MORCHUS ET ADULTERA. Statuitur hic in adulteros poena mortis, nimirum lapidationis, ut exprimitur Deut. 22, v. 23 et 24. Poena enim lapidationis qua in dantes semen Moloch sancitur v. 9, utpote primo loco posita, ad alios sequentes casus, et consequenter ad adulteros hos referenda videtur, eò quod alia deinceps non apponatur, nec exprimitur, ut clarius ostendam v. ult. Et hoc est quod Judei de adultera dicunt Christo Joan. 8, 5: *In legē Moses mandavit huicjosepho lapidare.* Idem patet Ezech. 16, v. 48 juncto cum v. 40, idque disertè docet Hieron. Prado ibidem.

VERS. 11. — QUI DORMIET CUM NOVERCA SUA, ET REVELAVERIT IGNOMINIAM PATRIS SUI. Turpido enim noverca est turpido patris; per matrimonium enim facti sunt quasi una caro. Vide dicta c. 18, v. 8. SANGUIS, poena sanguinis, id est, mortis, ut dixi v. 9.

VERS. 14. — QUI SUPRA UXOREM FILIAM DUXERIT MATREM EJUS, SCELUS OPERATUS EST; VIVUS ARDEBIT CUM EIS, puta cum filiâ et matre quas duxit, si videlicet utraque consenserit ut altera superinduceretur, vel si simul illi nuperint; nam si una prius nupta repugnasset secundo matrimonio, cum matre vel filiâ incedo, insons erat, nec puniri poterat. Incendii poena statuitur huic incestui, cum aliis etiam gravioribus criminibus stabatur tantum poena lapidationis; quia magis ad hunc incestum proclives erant Judei, unde ille eius gravius potè interdicendus erat.

Audi gentiles virgines, quæ incestum vindicârunt per particidium: tragediam narrat ex Aristide Plutarchus in Parallels: *Rome*, ait, cum celebrarentur *Liberalia*, *Arundis*, ait, quæ ortu fuerat abstentius, vim *Liberi* despiciat habuit. A quo in ebrietatem conjectus, filie suæ *Medulnæ* virginitatem per vim eripuit. Ea ex annulo violatorem agnoscens, majus ætate suâ facinus meditata, patrem inebriavit ac coronavit, adductumque ad aram *Falviniis*, *Illyrcynus* interfecit eum, qui suæ vir-

ginitati insidias struxerat. Addit Plutarchus similem, imò duplicem tragediam: *Cyanippus*, ait, *Syracusanus* ebrius filiam *Cyanem* compressit. *Peste aborti*, cum *Apollo Pythius* respondisset, incestum hominem esse diis avocantioribus melorum immolandum, *Cyane* sensum oraculi alios fallentem percipiens, eribus arreptum patrem prostravit, ac cum seque insuper jugulavit. Addit tertiam de Valerio, qui cum filiâ, aliam putans, congressus, re cognitâ, se præ amore de precipitio deiecit. Item quartam: *Papirius*, ait, *Romanus*, *Cantilium* sororem amore victus gravidam fecit. *Papirius Toler* pater, re cognitâ, gladium filie misit: ea se confodit, idemque fecit *Romanus*. Pari modo, *Mæcreus*, ait, cum sorore corpus miscuit: ea, cum proterum peperisset, pater misit ei ense ad necandum puerum: illa hoc impium ratâ, interfecit seipsam.

VERS. 17. — QUI ACCEPERIT SOBREM SUAM (etiam ex altero tantum parente: hoc enim est quod sequitur) FILIAM PATRIS SUI, VEL FILIAM MATRIS SUÆ, ET VIDERIT TURPITUDINEM EJUS, etc., OCCIDENTUR, quia ista demonstratio membrorum horum abominatissima est, et præhædium ac incantamentum ad copulam. Secundo, rectè S. August. quæst. 72. 2. viderit, explicat per tetigerit et concubierit. Præcedit enim: *Qui acceperit*; et sequitur: *Eo quod turpitudinem suam mutuo revelaverint*, quæ phrasis passim hic, et c. 18 non solem aspectum, sed et congressum significat. Vide dicta Exodi 20, 18.

PORTABUNT INIQUITATEM SUAM, iniquitatis suæ poenam, scilicet lapidationem et mortem.

VERS. 18. — QUI COIERIT CUM MULIERE IN FLUXU MENSTRUO, IPSAQVE APERUERIT FONTEM SANGUINIS SUI, id est, membrum genitale, per quod sanguis mensis fluit, INTERFICIUNTUR AMBO, quia congressus est inhonestus, et proli noxius. Nota. Congressi cum menstruatâ, non videtur ex solo jure nature tam grave esse malum et peccatum, nec proli generandæ ita noxium, ut morte plectendum sit. Unde theologi graviores (licet aliqui contrarium sentiant) docent, jam in lege novâ non esse mortale peccatum, si maritus congressiatur cum uxore in menstruis constitutâ. Ita docet Navarrus c. 16 *Enchir.* n. 52; idem docent D. Antonius, Paludan., Abulens., Soto, Cajetan. et alii, quos citat et sequitur Thom. Sanchez lib. 9 de Matrimonio. disp. 21. Unde sequitur congressum cum menstruatâ Judæis hic vetari tam severè, legem non tam naturâ, quam positivâ et cæremonialî, perinde ac eâdem vetitus fuit eis esus adipis et sanguinis sub penâ mortis cap. 7. v. 25 et 27. Pari ergo modo menstruate et congressi cum eâ intentatur hic poena mortis, non tam ob prævaricationem legis naturalis, quam cæremonialis ita rigidè hanc immunditatem velantis, eò quod Deus vellet Judæos corpore esse purissimos.

Dices: Si hæc lex est cæremonialis, cur ergo ponitur hic inter alia naturalia præcepta? — Respondet, quia hæc omnia congressum et libidinem spectant, et quia congressus hic cum menstruatâ jure nature malus est et vetitus, ac peccatum saltem veniale: accedente verò hoc præcepto Dei positivo, erat peccatum

mortale; nec mirum, naturale præceptum cum positivo permisceri: sic enim hæc præcepta permiscetur cap. præced. Exod. 20 et alibi.

VERS. 19. — QUI HOC FEGERIT, IGNOMINIAM CARNIS SUE (consanguineæ suæ, puta materteræ vel amittæ, ut patet ex Hebr. et Chald.) NUBAVIT.

VERS. 20. — COGNATIONIS SUE, patrui scilicet vel avunculi, uti præcessit.

ABSQUE LIBERIS MORIENTUR. Hebr. est, *orbi morientur*, q. d. : Hi incestuosi non sinentur in hoc scelere permanere, donec liberos habere possint, sed statim ut scitum fuerit, per iudicis sententiam occidentur. Hoc enim significat *et portabunt iniquitatem suam*, id est, penam iniquitatis suæ, scilicet mortem; quod versu et casu sequenti, ubi pariter dicitur: *Absque liberis erunt*, pari modo repetendum est: tam enim illi incestui, quam hæc decernitur pena mortis, idque statim, ita ut proles quam querunt ex eo, non sinatur concipi. Ita Abulens. Cui adde, videri hæc Deum peculiariter incestuosos penam orbitatis intentare, quasi ipse peculiaris sui providentiæ facturus sit, ne ex tali incestu proles succreant. Sic enim et hodiè tales illi liberos manere sæpè experimur, idemque se experiri esse asserit S. Gregorius, ad interrogat. S. Augustini, Anglorum episcopi, c. 6.

ALITER S. Augustinus, Radulph. et Cajetanus expliçant. *et absque liberis erunt*, q. d. : Si qui eis nati fuerint filii, spurii reputentur, non filii, et nullo jure parenti succedant.

VERS. 21. — REM FACIT ILLICITAM. Hebr. *nidda*, id est, fugiendam, aversandam, abominandam.

VERS. 25. — NOLITE AMBULARE IN LEGITIMIS RATIONUM (in ritu vivendi gentium) QUAS EGO EXPULSURUS SUM ANTE VOS, CORAM VOBIS, in terram eorum, puta Chananeam, subintrantibus.

VERS. 24. — TERRAM FLENTISSIMAM ET MELLE, terram fertilissimam: est hyperbole.

VERS. 25. — SEPARATE ERGO ET VOS JUMENTUM (animal vel pecus. Ita Hebr. et Chald.) MUNDUM AD IMMUNDO. Vide de hæc animalium distinctione dicta cap. 11.

NE POLLUATIS (partim per inobedientiam, partim per irregularitatem legalem) ANIMAS VESTRAS, id est, vos ipsos.

VERS. 26. — ERITIS MIHI SANCTI, quia sanctus sum ego Dominus. Loquitur hic Deus omnibus Israelitis, non solum sacerdotibus, sed et laicis. Piè hanc sententiam pertractat Adamus Sashout homil. 1 et 2, eamque in primâ laicis, in secundâ sacerdotibus adaptat.

Nota. Sanctus hebr. vocatur *kadus*, id est, segregatus ab usus profanis, et Dei cultui destinatus, et quasi consecratus, qui proinde purus à vitis, castus, incontaminatus, et purus à sordibus esse debet. Secundò, sanctus græcè dicitur *ἀγιος* vel *ἅγιος*. Origenes *ἀγιος*; dicitur putat quod *ἀγῆ*, id est, *sine terra*. Verum a privativum, id est, *sine*, caret aspiratione quæ est in *ἀγιος*. Quare melius alii, *ἀγιος* et *ἅγιος* deducunt ab *ἀσπυξ*, id est, *colo*, veneror, quasi dicas: Ob virtutem et puritatem colendus et venerandus. Tertio, Latini sanctus deducunt à sancio, quod à sanguine dicitur,

et quòd mactate hostiæ sanguine fœdera solerent sanciri, id est, confirmari. Unde Servius, explicans illud Aeneid. 12:

Audiat hæc genitor quæ fœdera fulmine sancit: Sanctum, inquit, dicitur, quasi sanguine sanctum et consecratum. Unde et sancio vocatur lex, quæ violantibus pena præscribitur. Hinc sanctum dicitur quod religiosum est, ita ut violari non liceat. Sanctum ergo primò, dicitur, quod purum est et impollutum. Unde Virgil. 12 Aeneid.: *Sancta, ait, ad vos anima, atque istius nescia culpe descendam.* Et: *Taque, ô sanctissima* (id est, purissima) *conjur.* Secundò, quod religiosum est et divinum, idèoque inviolabile. Tertio, quod firmum est et perpetuum. Inde enim fœdera sanguine sancta habebantur sancta, quòd ea usque ad sanguinem et mortem rata et firma, sanctè et inviolabiliter essent conservanda.

Sic ergo Judæi, et multò magis Christiani, coram Deo sancti in omnibus actibus et moribus esse debent, sancti, inquam, juxta omnia tyra, omnesque modos jam dictos. Tam enim Judæis à Mose dicitur Exodi 19, 6, quàm Christianis à S. Petro Ep. 4, c. 2, 9: *Vos genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis.* Sic Christus est Sanctus sanctorum Daniel 9, v. 14; sic sanctissima, id est, purissima, fuit B. Virgo Deipara; sic ait David Psal. 85, 2: *Custodi animam meam, quoniam sanctus sum;* sic Jeremias c. 1, v. 5, dicitur: *Antequam exires de vulvâ, sanctificavite.* Sic S. Joannes Baptista sanctificatus fuit in utero, qui ut hanc sanctitatem illibatam tueretur, secessit in eremum, *ne levî saltem maculare vitam famine possent.* Sic Virgo est sancta, id est, pura, corpore et spiritu, 1 Corinth. 7, 34. Sic sancta, id est, casta, fuerunt S. Agnes, Lucia, Agatha, aliæque sancte virgines. Secundò, sancti, id est, à mundo separati, Deoque devoti et consecrati fuerunt SS. cremitæ, religiosi, sacerdotes. Tertio, sancti, id est, ob pietatem et virtutem venerabiles, fuerunt SS. Patriarchæ, Prophete, episcopi et doctores. Quarto, sancti, id est, Deo fideles usque ad mortem, fuerunt Apostoli et martyres.

VERS. 27. — LAPIDIBUS ORBUENT EOS. Probabiliter censet Abulens. penam hæc lapidationis ad omnes casus et crimina hujus cap. (excepto illo incestus v. 14, ubi pena alia, scilicet ignis, assignatur) pertinere, eò quòd lapidatio hic ponatur et exprimitur, tam initio capituli, quàm in fine. Unde videtur omnes ceteros casus medios (in quibus proinde certum supplicii genus non exprimitur) quasi compendio complexi; idque confirmatur ex v. 10 collato cum Joan. 8, 5, ubi adultera juxta legem Mosis dicuntur esse lapidanda. Nec id mirum; omnes enim hi casus, et crimina enormia sunt, ita ut duram lapidationis penam mereantur. Nam in minoribus criminibus commune supplicii genus, ubi aliud non exprimitur, fuisse suspendium, sive crucem censet Abulens. idque innuitur Deut. 21, 22. Verùm hæc sententia parùm est probabilis: crux enim enormium tantum criminum pena apud Judæos fuisse videtur: nam Deut. 21, v. 25, dicitur maledictus à Deo suspensus. Unde Judæis summe execrabilis erat

crux, et crucifixi, idèoque eodem die terræ contegi debebant et sepeliri. Hinc et Christus est crucifixus, ob summum crucis tormentum, pariter et infamiam; hoc enim est quod Judæi dicunt Sapient. 2: *Mortè turpissimâ condemnemus eum.* Vide Jansenium in c. 143 Concordiæ Evang.

Verius ergo est, minorum criminum commune supplicium fuisse gladii aut securis, licet id nusquam in lege veteri expressum et decretum inveniamus; hoc enim mortis genus levissimum est, et plurimis gentibus usu receptum, et sic Joannes Baptista ab Herode

CAPUT XXI.

1. Dixit quoque Dominus ad Moysen: Loquere ad sacerdotes filios Aaron, et dices ad eos: Ne contaminetur sacerdos in mortibus civium suorum,

2. Nisi tantum in consanguineis, ac propinquis, id est, super patre et matre, et filio et filiâ, fratre quoque,

3. Et sorore virgine, quæ non est nupta viro.

4. Sed nec in principe populi sui contaminabitur.

5. Non radent caput, nec barbam, neque in carnibus suis faciant incisuras.

6. Sancti erunt Deo suo, et non polluent nomen ejus: incensum enim Domini, et panes Dei sui offerunt, et idèò sancti erunt.

7. Scortum et vile prostibulum non ducent uxorem, nec eam quæ repudiata est à marito, quia consecrati sunt Deo suo.

8. Et panes propositionis offerunt. Sint ergo sancti, quia et ego sanctus sum, Dominus qui sanctifico eos.

9. Sacerdotis filia si deprehensa fuerit in stupro, et violaverit nomen patris sui, flammis exuretur.

10. Pontifex, id est, sacerdos maximus inter fratres suos, super cujus caput fustum est unctio oleum, et cujus manus in sacerdotio consecrate sunt, vestitusque est sanctis vestibus, caput suum non discooperiet, vestimenta non scindet:

11. Et ad omnem mortuum non ingrediatur omnino: super patre quoque suo et matre non contaminabitur.

12. Nec egredietur de oleo sancto, ne polluat sanctuarium Domini, quia oleum sanctæ unctiois Dei sui super eum est. Ego Dominus.

15. Virgineum ducet uxorem:

14. Viduam autem et repudiatam, et sordidam, atque meretricem non accipiet, sed puellam de populo suo:

15. Ne commisceat stirpem generis sui vulgo gentis suæ, quia ego Dominus qui sanctifico eum.

16. Locutusque Dominus ad Moysen, dicens:

decollatus est. Denique notat Carolus Sigonius l. 6 de Rep. Hebr. c. ult. lege veteri hæc supplicia decreta inveniri, multam, talionem, verberationem, exilium, venditionem et mortem; mortis autem tria tantum genera, scilicet lapidationem hic, combustionem v. 44, et crucifixionem Deuter. 21. Sic apud Romanos octo poenarum genera in legibus contineri Tullius scripsit, scilicet damnum, vincula, verbera, talionem, ignominiam, exilium, servitutem et mortem, inquit Isidor. lib. 2 Etymol.

CHAPITRE XXI.

1. Le Seigneur dit aussi à Moïse: Parlez aux prêtres, enfans d'Aaron, et dites-leur: Que le prêtre, à la mort de ses citoyens, ne fasse rien qui le rende impur selon la loi; qu'il n'entre point dans leur maison, qu'il n'assise point à leurs funérailles, qu'il n'en porte point le deuil,

2. A moins que ce ne soit ceux qui lui sont unis plus étroitement par le sang, et qui sont les plus proches; c'est-à-dire, son père et sa mère, son fils et sa fille, son frère aussi;

3. Sa sœur qui était vierge, et qui n'avait point encore été mariée, et qui n'a personne pour lui rendre ces derniers devoirs.

4. Mais il ne fera rien de ce qui peut le rendre impur, selon la loi, à la mort même du prince de son peuple.

5. Les prêtres, dans ces occasions, ne raseront point leurs têtes, ni leurs barbes; ils ne feront point d'incisions dans leurs corps.

6. Ils se conserveront saints pour leur Dieu, et ils ne souilleront point son nom, car ils présentent l'encens du Seigneur, et ils offrent les pains de leur Dieu; c'est pourquoi ils seront saints, comme étant les ministres du Dieu très-saint.

7. Ils n'épouseront point une femme déshonorée par violence, ou qui a été prostituée à l'impudicité publique, ni celle qui aura été répudiée par son mari, parce qu'ils sont consacrés à leur Dieu.

8. Et qu'ils offrent les pains qu'on expose devant lui. Qu'ils soient donc saints, parce que je suis saint moi-même, qui suis le Seigneur qui les sanctifie.

9. Si la fille d'un prêtre, qui n'est point mariée, est surprise dans un crime contre son honneur, et qu'elle ait déshonoré le nom de son père, elle sera brûlée toute vive.

10. Le pontife, c'est-à-dire, celui qui est le grand-prêtre parmi ses frères, sur la tête duquel l'huile de l'unction a été répandue, dont les mains ont été consacrées pour faire les fonctions du sacerdoce, et qui est revêtu des vêtements saints, ne se découvrira point la tête, ne déchirera point ses vêtements,

11. Et n'ira jamais à aucun mortel qu'il puisse être; il ne fera rien qui puisse le rendre impur, selon la loi, même à la mort de son père et de sa mère.

12. Il ne sortira point aussi des lieux saints, pour assister à leurs funérailles, afin qu'il ne viole point le sanctuaire du Seigneur, ou service duquel il doit être uniquement occupé, parce que l'huile de l'unction sainte de son Dieu a été répandue sur lui. Je suis le Seigneur; et c'est moi qui l'ordonne ainsi.

15. Il prendra pour sa femme une vierge.

14. Il n'épousera point une veuve ou une femme qui ait été répudiée, ou qui ait été déshonorée, ou une infame; mais il prendra une fille du peuple d'Israël, qui soit de bonnes mœurs, et qui ait une bonne réputation.

15. Il ne mêlera point le sang de sa race avec une personne du commun du peuple, parce que je suis le Seigneur qui les sanctifie.

16. Le Seigneur parla encore à Moïse, et lui dit:

17. Loquere ad Aaron : Homo de semine tuo per familias qui habuerit maculam, non offeret panes Deo suo.

18. Nec accedat ad ministerium ejus : si cæcus fuerit, si claudus, si parvo, vel grandi, vel torto naso, 19. Si fracto pede, si manu,

20. Si gibbus, si lippus, si albuginem habens in oculo, si jugem scabiem, si impetiginem in corpore, vel herulosus.

21. Omnis qui habuerit maculam de semine Aaron sacerdotis, non accedat offerre hostias Domino, nec panes Deo suo ;

22. Vescetur tamen panibus qui offeruntur in sanctuario,

23. Ita duntaxat, ut intra velum non ingrediat, nec accedat ad altare, quia maculam habet, et contaminare non debet sanctuarium meum. Ego Dominus, qui sanctifico eos.

24. Locutus est ergo Moyses ad Aaron, et ad filios ejus, et ad omnem Israel, cuncta quæ fuerant sibi imperata.

VERS. 1. — LOQUERE AD SACERDOTES FILIOS AARON, loquere ad minores sacerdotes; nam pontifex neminem omnino non patrem quidem poterat plangere, ut dicitur v. 10, quod tamen hic permittitur minoribus sacerdotibus.

NE CONTAMINENT SACERDOS IN MORTUIS CIVIUM SPOREM, q. d. : Caveat sacerdos, ne immunditiam legalem contrahat tangendo cadaver, aut curando funem, aut situlâ sequendo, aut locum faciendo, aut domum mortui ingrediendo.

IN MORTUIS. Hebr. *super animâ*, id est, super cadavere; Chald. *super mortuum* : anima enim hic per antiphrasin vocatur cadaver inanimé. Aliam hujus nomenclaturæ rationem dat S. Aug. q. 78 : *Nomen, ait, relictis animæ etiam corpus accepit animâ desitutum, quoniam reddendum illi est in resurrectione; sicut edificium quod appellatur Ecclesia, etiam eum inde exiit Ecclesia, qui homines sunt, nihilominus Ecclesia dicitur, per metonymiam.*

CIVIUM SPOREM. — Civis suos hic plangere velatur sacerdos; ergo multo magis alienigenas et extraneos plangere ei non licebat. Ratio hujus legis est; primo, quia sacerdotum erat tractare divina, et ministeria sanctuarii obire, ac proinde eos longissime abesse decebat ab omni funerum et mortuorum communicatione, impuritate ac irregularitate; illorum enim vetus sanctitas et puritas corporalis erat; jam inter corpora impurissima sunt cadavera, utpote quæ in putredinem abeant, fiantque esca vermium, hufonum et serpentum : ergo ab his remotissimi debebant esse sacerdotes veteres. Secundo, quia sacerdos populo debebat esse exemplar vite celestis, et fidem spemque resurrectionis, non lugendo mortuos reipsâ ostendere. Tertio, quia sacerdos typus erat Christi, qui mortem dissolvit sui immolatione; Christi ergo unius immolationem, per sua sacrificia adumbrare debebat sacerdos. Ita Cyrillus l. 12 de Adoratione pag. 248.

17. Dites cæci à Aaron : Si un homme d'entre les familles de votre race a une tache sur le corps, ou quelque difformité sensible, il n'offrira point les pains à son Dieu,

18. Et il ne s'approchera point du ministère de son autel : s'il est aveugle, s'il est boiteux, s'il a le nez ou trop petit, ou trop grand, ou tortu,

19. S'il a le pied ou la main rompue,

20. S'il est bossu, s'il est chassieux, s'il a une tache sur le nez, s'il a une gale qui ne le quitte point, ou une grande ripandue sur le corps, ou une descente.

21. Tout homme de la race du prêtre Aaron qui aura quelque tache ou quelque défaut, ne s'approchera point pour offrir des hosties au Seigneur, ou des pains à son Dieu ;

22. Il mangera néanmoins des pains qui sont offerts dans le sanctuaire,

23. Mais de telle sorte qu'il n'entrera point au-delà du voile, et qu'il ne s'approchera point de l'autel, parce qu'il a une tache, et qu'il ne doit point souiller mon sanctuaire. Je suis le Seigneur qui les sanctifie, et qui veut qu'ils soient purs et sans défauts.

24. Moïse dit donc à Aaron, à ses fils et à tout Israël, tout ce qui lui avait été commandé.

COMMENTARIUM.

VERS. 2. — NISI TANTUM IN CONSANGUINEIS. Excipiuntur hic à lege jam lata pater, mater, filius, filia, frater et soror, si sit virgo : hos ergo defunctos lugere poterat sacerdos, non autem uxorem, nepotem et neptem, quia illi hic non excipiuntur.

Dicos : Cap. 10, v. 6, vetatur Ithamar et Eleazar sacerdotes, lugere Nadab et Abiu fratres suos, jam mortuos. — Respondeo : Peculiaris fuit illa prohibitio eis facta, eo quod ipsi receter tum erant consecrati sacerdotes; unde volebat Deus, ut ipsi lugerent fratres suos, à se jure meritique occisos; atque secundum hanc legem lugere potuissent.

VERS. 4. — SED NEC IN PRINCIPE POPULI SUI CONTAMINATUR. Vatablus et alii ex Hebræo vertunt : *Non contaminatur princeps in populo suo, ut profanet se.* Verum non agitur hic de contaminatione principis, sed sacerdotum. Melius ergo noster interpretes vertit in principis : recte enim in Hebr. intelligitur præpositio 2, id est, in, uti sæpe solet, maxime quia hic aliud 2 proximo sequitur.

Tropol. cadavera sunt peccata; tactus cadaverum est communicatio peccatorum : sacerdos ergo cavere debet ne criminum civium suorum particeps efficiatur, et vitam agat popularem, imò neque principi peccati consentire potest : sed tantum contaminatur in patre et matre, id est, offensâ primorum parentum, Adæ ac Evæ, et filio ac filiâ, fratre ac sorore; quia post peccatum originis in multis offensivis omnes : et in his necesse est, ut etiam justis excusationem accipiant, sine quibus vivere non possunt, nec ipsi, nec illi qui eis in religione succedunt, ut filii; nec qui cum eis tanquam fratres, viam sanctitatis incedunt. E contrario de summo sacerdote, id est, Christo, dicitur, quod in nullo omnino, ne patre quidem et matre contaminabitur, quia nullam Christum vitiatæ originis contagionem aut labem aliam sensit. Ita Radulphus.

VERS. 5. — NON RADENT CAPUT, NEC BARBAM, NEQUE

IN CARNEBUS SUIS FACIENT INCISURAS. Hæc in luctu faciebant gentiles, ideòque ea vetita sunt Judæis, etiam laicis, ut dixi cap. 19, 27; hic tamen peculiariter eadem vetatur sacerdotibus, quia magis hæc eos dedecet.

Tropologè, sacerdotes non debent caput radere, sed tondere tantum, quia cogitationes carnis de vitâ subditorum et cognatorum, quæ capillis significantur, nec à se funditis amputare, nec rursum ad crescendo nimis, ut oculos mentis claudant, relaxare debent: sic ut barbam, id est, virtutis speciem, in vultu præferant : pari modo non facient incisuras in carne, ne ipsi fidem resurrectionis videantur evacuare, si mortuorum suorum luctum non studeant temperare, inquit Radulphus.

Quid jam facient fideles in suorum funeribus? Docebunt ut virgines et heroine. Audi S. Ambr. lib. 1. Officiorum c. 41 : *Quid de matre Machabæorum loquar? quæ spectabat læta filiorum quot funera, tot trophæa, et mortuorum vocibus, tanquam pulsentium cantibus delectabatur, pulcherrimam ventris sui citharam in filiis cernens, et pietatis harmoniam omni lyre numero dulciore. Idem dici potest de S. Felicitæ, spectatrice martyrii septem filiorum, de quâ S. Gregor. hom. 5 in Evangel. ; et de S. Symphorosâ item septem filiorum martyrum matre, de quâ in Vitâ S. Getulii martyris ejus mariti; item de S. Melania juniore, de quâ S. Hieron. epist. ad Paulam super obitu Basilissæ : Præsentia, ait, exempla sectare : S. Melania nostri temporis inter Christianos vera nobilitas, cum quâ tibi Dominus mihi que concedat in die suâ habere partem, valente adhuc maris corpusculo, et necdum lunato, duos simul perdidit filios. Rem sum dicturus incredibilem, sed, teste Christo, non falsam. Quis illum tunc non putaret more lymphatico, sparsis crinibus, veste conscisâ lacrum pectus invadere? Lacryme gutta non fluxit, stetit immobilis, et ad pedes involuta Christi, quasi ipsum teneret, arsisit. Expediit, inquit, tibi servitura sum, Domine, quia tanto onere me liberasti. Sed forsitan superatur in cæteris? Quinimò, quâ illos mente contempserit, in uno postea filio probavit, cui omni quam habebat possessione concessâ, ingruente jam hyeme Hierosolymam navigavit.*

Vis exempla gentium? Audi S. Hieron. epist. 5 ad Heliodorum in Epitaphio Nepotiani : *Ubi, ait Anaxagoræ ac Telamonis semper laudata sententia : Sciebam me gemisse mortalem? Ita responderunt nunthata morte filii. Cicero, Plato, Diogenes, Clitomachus, Carneades, Posidonius proponunt innumerabiles viros, et maxime Periclem et Xenophontem Socraticum, quorum alter amissis duobus filiis coronatus in concione dissevit : alter cum sacrificans filium in bello audisset occisum, deposuisse coronam dicitur, et eandem capiti reposuisse, postquam forsiter in acie dimicantem reperit concidisse. Pulvillus Capitolium dedicans, mortuum, ut nunthabatur, subito filium se justis absentem sepe. I. Paulus septem diebus inter duorum exequias filiorum triumphans urbem ingressus est. Prætermittit Maximus, Catones, Gallos, Pisones, Brutos, Scævolas, Metellos, Scavros, Martios, Crassos, Marcellos atque Aufidos,*

quorum non minor in luctu, quàm in bellis virtus fuit, et quorum orbitates in Consolationis libro Tullius cepit, nec videar potius aliena, quàm nostra quæstisæ. Quamquàm et hæc in flagellationem nostri breviter dicta sint; si non præstat fides, quod exhibuit infidelitas.

VERS. 6. — SANCTI ERUNT DEO suo, puta remoti ab omni contaminatione, immunditiâ, ritu et ceremoniis turpibus et profanis quas gentiles in funeribus adhibebant.

ET NON POLLUENT NOMEN EJUS, q. d. : Itaque non polluent nomen, famam et dignitatem sacerdotalem : ac proinde nec famam Dei, cujus ipsi sunt ministri et sacerdotes.

INCENSUM (hebræicè est igniões, quod Septuag. vertunt sacrificia, noster verò incensum, quod igne adoleat) ET PANES PROPOSITIONIS DEI SUI OFFERUNT, ET IDEO SANCTI ERUNT. Hebr. *ideo sanctitas erunt*, q. d. : Ideo sanctissimi erunt et purissimi, ut videantur esse ipsa sanctitas.

Tropolog. incensum est oratio; panes Dei sunt sancti, qui fide et bonis operibus Deum pascent; id est, ut ipsi sancti sint, qui alios ad sanctitatem invitant. Ita Radulphus.

VERS. 7. — SCORTUM ET VILE PROSTITULUM NON DUCENT (sacerdotes) UXOREM. Prostitutum, tam hic, quàm Deuter. 23, 18, et Joëlis 3, v. 3, est meretrix, quæ corpus et pudicitiam suam prostituit. Septuag. vertunt *βελήσιονος, profanatum*, id est, violatam et pollutam : hoc enim significat Hebr. *chalda*. Sic apud Platimum et alios latinos scriptores, prostitutum non tantum locum turpitudinis, puta lupanar, sed et ipsam meretricem, vilissimam et abjectissimam significat.

Tropolog. uxor est vivendi forma; accipit eam generis sui, qui Deum creatorem et Patres sanctos respicit, atque ex illorum formâ vivit. Scortum verò, vile prostitutum, et repudiatum ducit, qui mundi hujus amatoribus conformatur. Ita Radulphus.

VERS. 8. — SINT ERGO SANCTI, QUIA ET EGO SANCTUS SUM, DOMINUS, QUI SANCTIFICO VOS, qui sanctitatem meam vobis communico, designando et consecrando vos mihi sacerdotibus. Secundo, sanctifico, id est, jubeo vos esse sanctos.

VERS. 9. — SACERDOTIS FILIA SI DEPREHENSÂ FUERIT IN STUPRO, ET VIOLAVERIT NOMEN PATRIS SUI, FLAMMIS EXURET. Propter dignitatem patris sacerdotis, puniatur fornicatio simplex filie ejus, morte ignis : non verò puniatur fornicatio aliarum; nam filias civium fornicantes non fuisse punitas, colligitur Exodi 22, 16, nisi se venditissæ postea ut virginis, et hæc ratione sponsus deceperit; tunc enim re compertâ lapidabatur, sicut adultera, ut patet Deut. 22, 20. Hæc discrimen verba legis hujus significant, cum causam afferunt, eo quod violaverit nomen patris sui, quasi dicant : quia fornicatione suâ gravem inuisit notam et ignominiam patri sacerdoti, ideò comburetur. Sic et gentiles Romani Nestales virginis in fornicatione deprehensas vivas defodiebant : adulteras autem femi-

nas, licet aliqua damnatione, nulla tamen morte plebant. *Usque adeo graviter putabant adyta divina, quam humana cubilia esse vindicanda,* ait S. August. l. 5 de Civit. c. 5.

VERS. 10. — PONTIFEX SUPER CUIUS CAPUT FESUM EST UNCTIONIS OLEUM, CAPUT SUUM NON DISCOOPERIET. Sept. *τὸ κεφάλιον οὐκ ἀποκαλύψεται, caput suum non decidabit, id est, cidarii suā non nudabit, scilicet ad plangendum mortuum, ut hęc ratione allegoricę significet imperturbabile, immobile et æternum Christi sacerdotium, quod nunquam auferetur,* inquit Cyrill. l. 12 de Adorat. p. 249.

Nota. Solus pontifex ungebatur in capite, et idē non lucebat ullos mortuos, ne quidem parentes. Minores sacerdotes ungebantur tantum in pollicibus manuum et pedum, et super aures, vestesque eorum aspergebantur sanguine arietis immolati, mixto cum oleo sacre unctionis; et idē poterant quidem legere consanguineos designatos v. 2, non tamen alios. Reges verō nec in capite, nec in manibus, nec in vestibus ungebantur oleo sacro, sed tantum oleo simplici et vulgari; et idē poterant legere omnes mortuos quos volebant.

VERS. 11. — AD OMNEM MORTUUM NON INGLIEDIETUR. *Ad omnem non, id est, ad nullum, q. d.:* Non ingreditur domum in quā est cadaver quodcumque. Ita Natabus.

SEPER PATRE QUOQUE SUO ET MATRE NON CONTAMINABITUR, q. d.: Si moriatur pater aut mater, non planget eos pontifex exteriori ritu et signo, nec funus eorum contaminabitur. *Postulat enim,* ait Philo l. 2 de Monarchiā: *Lex in eo viro præstantiore homine indolem, quippe qui Deo sit familiaris præ cæteris, situs in quodam divina humanæque naturæ confusio, ut hoc mediator Deus propitiatur hominibus.* Id imitati sunt gentiles. Unde apud Romanos flammī Diali non licebat, *locum in quo bustam erat ingredi vel mortuum attingere,* teste A. Gellio lib. 10, c. 15; imō nec tibis funebres audire, teste Festo. Quid? quōd flammicæ non licebat habere soles aut calcos morticinis, id est, factos ex pedibus sponte mortuis, teste Servio in 4 Æneid. *Quoniam,* ait, *suā mortē extincta omnia funesta sunt.* Hinc etiam pontifex si quando funebrem haberet orationem, velum aut mortuum expandebatur, quod oculis ipsis a funere arceret. Audi Senecam Consolat. ad Martian. c. 15: *Tiberius Cæsar et quem genuerat, et quem adoptaverat, amisit: ipse tamen pro rostris laudavit filium, stetitque in conspectu posito corpore, interjecto tantum velamento, quod pontificis oculis a funere arceret.* Idem fecit Augustus Cæsar in funere Agrippæ, teste Diono, l. 54; nam ipsi Cæsares erant et pontifices usque ad Constantinum imper. qui se pontificatu hoc gentilitio jam Christianus abdicavit. Idem Dio loquens de Tiberio in funere Augusti: *Tiberio, ait, impunitas data, quod cadaver (prohibitum enim hoc erat) tetigisset, ac comitatus fuisset.*

Alleg. S. Bern. serm. 4 de Circumcis. initio: *Christus, ait, est summus sacerdos, quem nec super patre, nec super matre contaminandum, prophetatum est po-*

nis, quā mandatum; est enim illi Pater ab æterno, sed Deus, in quem peccatum non cedit; est et mater, sed virgo, nec parere potuit incorrupto corruptelam.

VERS. 12. — NEC EGREDIETUR DE SANCTIS, DE SANCTUARIO, si, quando ibi constitutus est, contingat mori etiam patrem aut matrem. Nec enim pontifex domi existens debebat ire ad sanctuarium, si quis suorum moreretur: sed si existeret in sanctuario, non licebat ei ob mortem patris aut matris illud, ejusque sacra munia relinquere, et exire ad funus; ratio subditur.

NE POLLUAT SANCTUARIUM DOMINI, q. d.: Ne injuriam et ignominiam inferat sanctuario, illud deserendo, ut super mortuo indecenter plangat. Rursūm, ne polluat, quia si ipse pollutus super mortuo redire ad sanctuarium pollueret illud.

Notat hic Abulens. ab Hebræis peregrinantibus in deserto per 40 annos non fuisse sacrificium, nisi in monte Sinai, ac proinde eos deinceps in deserto non fuisse obligatos illis præceptis caeremonialibus, sed tantum moralibus et judicialibus. Ratio est, quia caeremonialia præcepta tantum sancta erant in ordine ad sacrificia; cessantibus ergo sacrificiis cessabant et alia caeremonialia. Excipe ea quæ Deus specialiter excepit Numer. 5, v. 2, videlicet leprosum, seminum, et immundum super mortuo: hi enim immundi erant, et separandi juxta ritum et caeremoniam præscriptam cap. 15; quare ut hi expiarentur, opus erat cinere vitulae rufæ, de qua Num. 19: hanc ergo in deserto crematam fuisse, dicere necesse est: nam polluti super mortuo hoc cinere expiabantur. Hinc sequitur, sacerdotes etiam in deserto debuisse servare legem hęc præscriptam, ut scilicet non plangerent mortuos. Pari modo in deserto non servarunt Hebræi festa, nisi sabbatum: nam sabbatum violans lapidatus est in deserto, Num. 15, 55.

VERS. 15. — VIRGINEM DECEAT (PONTIFEX) UXOREM. Jussit id Deus, ob honestatem et dignitatem summi sacerdotii: idque primò, quia non decisset summum pontificem ab alio vitatam et cognitam ducere; secundo, ut sacrum semen intacta puraque virginis alio caperetur, nec ullo modo misceretur hujus natales eam aliis familiis, inquit Philo l. 2 de Monarch. Tertio, ut inita cum nondum depravatis animis consuetudine, facilius eas suis moribus pontifices accommodarent. Sequaces enim et flexiles ad virtutem sunt mentes virginum, et ad disciplinam propensissimæ.

Tropolog. S. Cyrillus l. 12 de Adorat. *Significatur, ait, per hoc conjugium pontificis cum virgine, quod Christus non cum impiis et corruptis animis, sed cum castissimis et purissimis, tanquam virginibus spiritualiter versaretur, easque fecundas redderet, ac sibi genere junctas appellaret.*

Allegoricę Christus, inquit Radulphus, respondit sibi, non Synagogam corruptam, et a se repudiatam, sed Ecclesiam ex gentibus; quam, cum esset meretrix adamavit, et ut dignè eam sibi conjungeret, virginem fecit; et nobilem, nunc moribus, postea mansionibus.

VERS. 14. — SORDIDAM. Chald. *profanatam*, id est, vitiatam et pollutam. Ita Septuag.; puram enim planè

decebat esse uxorem pontificis. Ita Julius Cæsar dimisit Pompeiam uxorem, quam corruptam esse à Clodio rumor ferebat, quo nomine cum Clodio esset dictus dies, citatus ipse testis nihil de eā sinistra dixit: et interroganti actori: *Cur ergo eam dimisisti?* respondit: *Quia Cæsaris uxorem ab omni sinistra suspitione liberam planèque puram esse oportet.* Idem dicendum erat hic Tertul. l. de Monogamiā, hic addit: *Sacerdotes mei non plus nubent:* quasi secunde nuptiæ eis hic interdite fuerint, debuerintque ipsi esse monogami. Fortè editio Theodotionis, aut Symmachi aliquid tale habuerit, ut suspiciatur Pamelius. Nam nec Septuag., nec hebræa id habent: quamvis hic vacillet fides Tertulliani; scripsit enim ipse hunc librum in heresi: contendit enim ipse hoc libro, secundas nuptias Christianis esse illicitas; qui est error exploratus.

SED FULLAM DE POPELO SUO. Addit Philo, pontificem non potuisse ducere uxorem nisi sacerdotalis generis; sed hoc non liquet ex lege divinā, imò contrarium politis insinuat historie; ex iis enim constat solere pontifices ducere filias principum et regum, qui non erant ex Levi, sed ex Juda. Sic Joiadis duxit Josabet filiam Joram, regis Juda, ut testatur Josephus l. 9 Antiq. c. 7.

VERS. 15. — NE COMMISCEAT STIRPEM GENERIS SUI VULGO CENTIS SUE, q. d.: Non accipiat uxorem de vulgo, sed nobilitem. Septuag. vertunt, *non profanabit semen suum in populo suo*, idque primò, ob dignitatem sacerdotii, secundo, ut pontifex reges et principes quibuscumque affinitate jungitur, tanto liberius et melius cultum Dei, et veram religionem edocet.

Ego DOMINUS QUI SANCTIFICO EUM, qui jubeo eum esse sanctum, et abstinere à contaminatione vulgaris et plebeia uxoris; ita accipitur sanctifico, v. 8 et 25, et c. præc. v. 8.

VERS. 17 ET 18. — HOMO DE SEMINE TEO QUI HABUERIT MACULAM (deformitatem talem quales sequuntur) NON OFFERET PANES (propositionis), quos minores etiam sacerdotes per singula sabbata offerunt recentes, ablati prioribus) DEO SVO, nec accedet ad ministerium ejus. Hęc verba non sunt in Hebræo, sed intelliguntur: habentes enim maculam arebantur tam ab altari holocaustorum, thymiamatis, et candelabro, quā à mensā panum propositionis.

VERS. 18. — SI CÆCUS FUERIT (eorum sunt macule quæ faciunt irregularem, ut habens aliquam ex eis, sacerdos Aaronicus esse nequeat) SI CLAUDUS, SI PARVO, VEL GRANDI, VEL TORTO NASO. Pro si parvo hebræicè est *clavum*, quod Hebræi *simum* vertunt, licet, si originem et radicem spectes, propriè non nasum, nec simum, sed excisum significet. Sic pro grandi vel torto naso, hebræicè est *sera*, quod propriè significat excrescentem, qualis est grandis vel retortus nasus, cui proinde hoc nomen appropriarunt Hebræi. Hebræi præter has maculas, assignant alias centum et quadraginta, quæ hominem inhabilem faciunt ad sacerdotium: vide libellum præceptorum præcepto negativo 308.

VERS. 19, 20 et 21. — SI FRACTO PEDE, SI MANU, SI GIBBUS (gibbusus), SI LIPPUS (ita et Septuag. et Chald. Hebræicè est *dac*, id est, qui tenuibus vel tenerioribus est oculis, uti sunt lippi), SI ALBIGINEM HABENS IN OCCULO, SI JUGEM SCABIEM: SI IMPETIGINEM IN COMPORE (impetigo genus est scabiei sicca, per cutem pruritu prosprens) VEL HERNIOSUS. OMNIS QUI HABERIT MACULAM (aliquam ex jam dictis) NON ACCEDET OFFERRE HOSTIAS DOMINO, nec PANES DEO SVO. Repetit id quod præcessit; panes ergo hic idem sunt quod hostiæ et sacrificia, quæ sunt quasi panis, id est, cibus Dei. Ita Chald. et Septuag. Unde sequitur: *Vescetur tamen panibus, qui offeruntur in sanctuario, id est, comedet de carnibus et sacrificiis Deo oblatis.* Ita Abulens. et alii. Itaque à pari ex phrasi hebræa, rectè caro Christi in Eucharistiā Deo oblata vocatur panis à S. Joanne cap. 6, et à S. Paulo, 1 Corinth. 11, maxime, quia sub speciebus panis deditur: non autem e contrario, rectè ipse panis vocatur corpus et caro, ut de pane dicas: *Hoc est corpus meum*, id est, hic panis est corpus meum. Sic quoque accipitur panis pro victimis, cap. seq. v. ult.

VERS. 25. — ITA DUNTAXAT, UT INTRA VELUM (intra tabernaculum vel sanctum) NON INGREDIATUR, ut adoleat thymiam, accendat incensam, et ponat in mensā panes propositionis, nec accedat ad altare holocaustorum, ut offerat victimas.

Ego DOMINUS QUI SANCTIFICO EOS, qui jubeo eos esse sanctos, et puros ab omni indecentiā et macula. Hęc omnia, ait Philo, referenda figuratè sunt ad perfectionem animi; nam si mortale corpus sacerdotis inspicit oportet, ne quo contactum sit vitio, quantò magis immortalem animam formatam ad Dei imaginem? Ita ipse lib. 2 de Monarch.

Tropologicè, S. Gregor. 1 p. Pastor. c. ult. et ex eo Radulphus: *Cæcus est, qui tenebris presentis vite pressus, quò gressum operis porrigat, nescit; claudus, qui videt quidem, sed per infirmitatem mentis quæ videt, perfectè implere non valet, naso est parvo, cui parva est discretio.* Unde Cantic. 7, dicitur: *Nasus tuus sicut turris, quæ est in Libano: quia S. Ecclesia, quæ ex singulis causis tentamenta prodeunt, per discretionem conspicit; et ventura vitiorum bella ex alto deprehendit: nasus grandis et tortus est, discretionis subtilitas inmoderata, quæ diu plusquam decet excreverit, actionis suæ rectitudinem ipsa confundit.* Est fracto pede vel manu, qui honorum operum exors vacat; vel, ut S. Cyrillus l. 12 de Adoratione, qui non integrè ad probas actiones graditur, sed opus Dei facit imperfectè et negligenter. *Gibbosus est, quem terrena sollicitudo deprimit ne unquam superna respiciat: lippus est, cujus sensum et mentem natura exavit, sed conversationis pravitas confundit: albiginem habet, qui candorem justitiæ vel sapientiæ sibi tribuens, à luce supernæ cognitionis se per arrogantiam excludit; jugem habet scabiem, qui carnis petulantia dominatur; impetiginem, cui avaritia; herniosus est, qui in abditis, id est, in mente, pondus turpitudinis gestat.* Ita et Theodoret. q. 50, et Cyrillus supra.

Jam, si tantam munditiem exegit Deus à Judeis bestias immolantibus, quantam exigit à sacerdotibus

et Christianis corpus Domini offerentibus et manducantibus? Narrat Joannes Moschus in Prato spirituali c. 150, episcopum Rumele celebrantem coram Agapito papà, cum sisteret, ed quod de more non videret Spiritum sanctum in hostiam visibiliter descendere, rogatum ab Agapito morae causam, respondisse: Diaconum qui labellum tenet, removeat ab altari. Eo remoto solita signa apparuerunt, ipsaque sacrificium perfecti. Ecce Diaconi improbitas retardavit sacrificium tam sancti episcopi. Idem S. Chrysostomo contigisse, ob Diaconum conjicientem oculos in mulierem, narrat Metaphrastes in Vita S. Chrysost. Hanc ergo herniam fugiant Christiani.

Narrat Palladius in Lausica. cap. 20, presbyterum quemdam in fornicationis statu celebrantem, à Deo percussum fuisse canero, qui caput ejus ita exederat, ut ipsum os totum appareret in vertice: hunc B. Macarius manus impositione curavit, cum ante spouasisset se non amplius peccaturum, neque altari ministraturum, sed sortem laicam amplecturum.

E contrario puris et sanctis Christiani et angeli in

CAPUT XXII.

1. Locutus quoque est Dominus ad Moysen, dicens:

2. Loquere ad Aaron et ad filios ejus, ut caveant ab his quæ consecrata sunt filiorum Israel, et non contineant nomen sanctificationum mihi, quæ ipsi offerunt. Ego Dominus.

3. Die ad eos, et ad posteros eorum: Omnis homo, qui accesserit de stirpe vestra ad ea quæ consecrata sunt, et quæ obtulerit filii Israel Domino, in quo est immunditia, peribit coram Domino. Ego sum Dominus.

4. Homo de semine Aaron, qui fuerit leprosus, aut patiens fluxum seminis, non vescetur de his quæ sanctificata sunt mihi, donec sanetur. Qui tetigerit immundum super mortuo, et ex quo egreditur semen quasi coitus,

5. Et qui tangit reptile, et quodlibet immundum, cuius tactus est sordidus,

6. Immundus erit usque ad vespertim, et non vescetur his quæ sanctificata sunt: sed cum laverit carnem suam aqua,

7. Et occubuerit soli, tunc mundatus vescetur de sanctificatis, quia cibis illius est.

8. Mortuum et captum à bestia non comedent, nec pollutentur in eis. Ego sum Dominus.

9. Custodiant præcepta mea, ut non subjaceant peccato, et moriantur in sanctuario, cum polluerint illud. Ego Dominus qui sanctifico eos.

10. Omnis alienigena non comedit de sanctificatis, iniquus sacerdotis et mercenarius non vescetur ex eis.

11. Quem autem sacerdos emerit, et qui vernaculus domus ejus fuerit, hi comedent ex eis.

sacrificio assistunt et ministrant, quoniam e. subinde sacram hostiam deferunt. Ita S. Catharina Senensis virgini sanctissime, concupiscunt communionem, nec ob quorundam murmuraciones sumere valent, Christus ipse particulam hostiæ consecrata delitit ex altari, uti testatur Raymundus Capuanus, è cuius manibus sacra hostia erepta est. 1. 2. Vite ejus, c. 52. Ita S. Barbara, inter duos angebos cubiculum intrantis, ducti, Eucharistiam ex ipsorum manibus libatissimus accepit (quod in periculoso morbo maxime conciperet) B. Stanislaus Kostka, novitius nostri Ordinis, uti refert noster Sacchinius in ejus Vita, et P. Ribaden. 1. 3. Vite Franc. Borgiæ cap. 6. B. Macarius narravit Palladio, ut ipse ait in Lausica c. 20, se observasse tempore communionis, se Marco exercitatori nunquam dedisse oblationem, sed ei angelum dedisse ex arâ: solum autem se vidisse digitum manus ejus qui dabit. S. Onuphrius in eremo singulis septimanis Eucharistiam ex manibus anglorum percipiebat, indeque tam cælestis et angelicus crasit, ut patet ex ejus Vita. Plura afferam Num. 4, in fine.

CAPITRE XXII.

1. Le Seigneur parla aussi à Moïse, et lui dit: 2. Parlez à Aaron et à ses fils, afin qu'ils prennent garde, lorsqu'ils ne sont pas purs, de toucher aux oblations sacrées des enfants d'Israël; pour ne pas souiller ce qu'ils m'offrent, et ce qui m'est consacré. Je suis le Seigneur, le saint d'Israël.

3. Dites-leur ceci pour eux et pour leur postérité: Tout homme de votre race qui, étant devenu impur, s'approchera des choses qui auront été consacrées, et que les enfants d'Israël auront offertes au Seigneur, périra devant le Seigneur, qui s'en réserve la vengeance si le crime est secret, et si le sera puni par les juges si le crime est public. Je suis le Seigneur, et je veux que cela se fasse ainsi.

4. Tout homme de la race d'Aaron qui sera lépreux, ou qui souffrira ce qui ne doit arriver que dans l'usage du mariage, ne mangera point des choses qui m'ont été sanctifiées, jusqu'à ce qu'il soit guéri. Celui qui touchera un homme devenu impur, pour avoir touché à un mort, ou à un homme qui souffrira ce qui ne doit arriver que dans l'usage du mariage,

5. Ou qui touchera ce qui rampe sur la terre, et généralement tout ce qui est impur, et que l'on ne peut toucher sans être souillé,

6. Sera impur jusqu'au soir, et jusque-là il ne mangera point des choses qui auront été sanctifiées par l'offrande qui m'en aura été faite; mais après qu'il se sera lavé le corps dans l'eau,

7. Et que le soleil sera couché, alors étant purifié, il mangera des choses sanctifiées, parce que c'est ce que je lui ai donné pour sa nourriture.

8. Les enfants d'Aaron ne mangeront point d'un bête qui est morte d'elle-même, ou qui aura été prise par une autre bête, et ils ne se souilleront point par ces viandes. Je suis le Seigneur, et je veux que ceux qui me servent vivent dans une grande pureté;

9. Qu'ils gardent mes préceptes, afin qu'ils ne tombent point dans le péché, et qu'ils ne meurent point dans le sanctuaire après qu'ils l'auront souillé. Je suis le Seigneur qui les sanctifie, et qui punira sévèrement tout ce qui sera contraire à la sainteté que je demande d'eux.

10. Nul étranger ne mangera des choses sanctifiées et offertes au Seigneur; celui qui est venu de dehors demeurer avec le prêtre, ou le mercenaire qui est chez lui, n'en mangera point.

11. Mais celui que le prêtre aura acheté, ou qui sera né dans la maison d'un esclave qui est à lui, en mangera.

12. Si filia sacerdotis cuilibet ex populo nupta fuerit: de his quæ sanctificata sunt, et de primitiis non vescetur.

13. Sin autem vidua, vel repudiata, et absque liberis reversa fuerit ad donum patris sui, sicut puella conserverat, atque cibis patris sui. Omnis alienigena comedendi eis non habet potestatem.

14. Qui comederit de sanctificatis per ignorantiam, addet quintam partem eum eo quod comedit, et dabit sacerdoti in sanctuarium.

15. Nec contaminabunt sanctificata filiorum Israel, quæ offerunt Domino,

16. Ne forte sustineant iniquitatem delicti sui, cum sanctificata comederint. Ego Dominus qui sanctifico eos.

17. Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens:

18. Loquere ad Aaron et filios ejus et ad omnes filios Israel, dicesque ad eos: Homo de domo Israel, et de adventis qui habitant apud vos, qui obtulerit oblationem suam, vel vota solvens, vel sponte offerens, quidquid illud obtulerit in holocaustum Domini,

19. Ut offeratur per vos, masculus immaculatus erit ex bobus, et ovibus, et ex capris:

20. Si maculam habuerit, non offeretis, neque erit acceptabile.

21. Homo qui obtulerit victimam pacificorum Domino, vel vota solvens, vel sponte offerens, tam de bobus, quam de ovibus, immaculatum offeret, ut acceptabile sit: omnis macula non erit in eo.

22. Si cæcum fuerit, si fractum, si cicatricem habens, si papulas, aut scabiem, aut impetiginem: non offeretis ea Domino, nec adolebitis eis super altare Domini.

23. Bovem et ovem, aure et caudâ amputatis, voluntariò offerre potes, votum autem eis solvi non potest.

24. Omne animal, quod vel contritis, vel tnsis, vel seclis, ablatisque testiculis est, non offeretis Domino, et in terrâ vestra hoc omnino ne faciatis.

25. De manu alienigenæ non offeretis panes Deo vestro, et quicquid aliud dare voluerit: quia corrupta, et maculata sunt omnia: non suscipietis ea.

26. Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens:

27. Bos, ovis, et capra, cum genita fuerint, septem diebus erunt sub ubere matris suæ: die autem octavo, et deinceps offerri poterunt Domino.

28. Sive illa bos, sive ovis, non immolabuntur unâ die cum foetibus suis.

29. Si immolaveritis hostiam pro gratiarum actione Domino, ut possit esse placabilis,

30. Eodem die comeditis eam, non remanebit quidquam in mane alterius diei. Ego Dominus.

12. Si la fille d'un prêtre épouse un homme du peuple, elle ne mangera point des choses qui auront été sanctifiées, ni des prémices;

13. Mais si, étant venue ou répudiée, et sans enfants, elle retourne à la maison de son père, elle mangera des viandes dont mange son père, comme elle avait coutume d'être fille. Nul homme qui n'est pas de la famille du prêtre, et qui par conséquent y est regardé comme étranger, n'aura le pouvoir de manger de ces viandes, fut-il Juif, et même parent du prêtre.

14. Celui qui aura mangé, sans le savoir, des choses qui ont été sanctifiées et consacrées au Seigneur, ajoutera une cinquième partie à ce qu'il a mangé, et il donnera le tout au prêtre, pour l'offrir dans le sanctuaire.

15. Que les hommes ne profanent point les dons faits à Dieu en employant à leur usage ce qui aura été sanctifié et offert au Seigneur par les enfants d'Israël.

16. De peur qu'ils ne portent la peine de leur péché, lorsqu'ils auront mangé les choses sanctifiées, auxquelles il ne leur est pas permis de toucher. Je suis le Seigneur, qui les sanctifie, et je veux qu'ils soient saints, parce que je suis saint.

17. Le Seigneur parla encore à Moïse, et lui dit:

18. Parlez à Aaron et à ses fils, et à tous les enfants d'Israël, et dites-leur: Si un homme de la maison d'Israël ou des étrangers qui habitent parmi vous, et qui ont reçu la circoncision, y présente son oblation, ou en rendant ses vœux, ou en offrant de sa pure volonté ce qu'il présente, quoi que ce soit qu'il offre pour être présenté par les prêtres en holocauste au Seigneur;

19. Si son oblation est de bœufs, ou de brebis, ou de chèvres, c'est-à-dire, de mâles qui n'ont point de tache; c'est-à-dire, de défaut.

20. S'il a une tache, vous ne l'offrirez point, et il ne sera point agréable au Seigneur.

21. Si un homme offre au Seigneur une victime pacifique, ou en rendant ses vœux, ou en faisant une offrande volontaire, soit de bœufs, ou de brebis, ce qu'il offrira sera sans tache, afin qu'il soit agréable au Seigneur: il n'y aura aucune tache dans ce qu'il offrira, c'est-à-dire, aucun défaut.

22. Si c'est une bête aveugle, ou qui ait quelque membre rompu, ou une cicatrice en quelque partie, ou des pustules, ou la gale, ou le farcin; vous n'offrirez point des bêtes de cette sorte au Seigneur, et vous n'en ferez rien brûler sur l'autel du Seigneur.

23. Vous pouvez donner volontairement un bœuf ou une brebis dont on aura coupé une oreille ou la queue; mais on ne peut pas s'en servir pour s'acquitter d'un vœu qu'on aura fait à Dieu.

24. Vous n'offrirez au Seigneur nul animal qui aura ce qui a été destiné à la conservation de son espèce, ou froissé, ou foulé, ou coupé, ou arraché; et gardez-vous absolument de faire cela en votre pays.

25. Vous n'offrirez point à votre Dieu des pains de la main d'un étranger incircis, ni quelque autre chose que ce soit, qu'il voudra donner pour l'offrir au Seigneur, parce que tous ces dons qui tiennent des incircis, sont corrompus et souillés; vous ne les recevrez donc point, mais vous pourrez recevoir leur argent pour l'employer au culte du Seigneur.

26. Le Seigneur parla encore à Moïse, et lui dit: 27. Lorsqu'un veau, ou une brebis, ou une chèvre seront nés, ils demeureront sept jours à téter sous leurs mères; mais le huitième jour et les jours d'après, ils pourront être offerts au Seigneur.

28. On n'offrira point en un même jour, ou la vache, ou la brebis, avec leurs petits, parce qu'il y aurait en cela une espèce de cruauté.

29. Si vous immolez pour actions de grâces une hostie au Seigneur, afin qu'il puisse vous être favorable,

30. Vous la mangerez le même jour, et il n'en demeurera rien jusqu'au matin du jour suivant. Je suis le Seigneur.